Psalterium
[Augsburg: Johann Schönsperger], [ca. 1480] Seite 153



stam: facientes preuaricatões odiui. Non
adhesit mihi cor prauũ: declinantem a
me malignũ non cognoscebam. Detrahentem secreto proximo suo: hunc
persequebar. Superbo oculo et insatiabili corde: cum hoc non edebam. Oculi
mei ad fideles terre ut sedeãt mecum:
ambulans in via immaculata hic mihi
ministrabat. Non habitabit in medio
domus mee qui facit superbiam: qui loquitur iniqua non direxit in conspectu oculorum meorum. In matutino interficiebam omnes peccatores terre: ut disperderem de ciuitate domini omnes
operantes iniquitatem. Gloria.

Jubilate deo omnis terra    Clamor meus

Psal. ci.

Domine exaudi oratõnem meam:
et clamor meus ad te veniat. Non
auertas faciem tuã a me: in quacunq;
die tribulor inclina ad me aurẽ tuã. In quacunq; die inuocauero te: velocit exaudi me

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iii-116/0153
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG